

ipsum fecisse traditur contra Michæam filium Jemla infra, cap. 22, vers. 27. Et facit valdè ad hanc Josephi sententiam, quòd Achab eodem capite vers. 8, dicit unum apud se remansisse Domini prophetam, eum nimirum quem ipse sciebat esse in vinculis; alioqui nullum in suo regno solum, et liberum esse pateretur regnante Jezabele, quæ et ipsa odio prophetas insectabatur hostili, et ad illorum cædem conjugem nimis obsequentem et credulum inflammabat. Ex quo etiam mihi fit

## CAPUT XXI.

1. Post verba autem hæc, tempore illo vinea erat Naboth Jezrahelitæ, quæ erat in Jezrahel, juxta palatium Achab regis Samariæ.

2. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi vineam tuam ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina est et propè domum meam, daboque tibi pro eà vineam meliorem, aut, si commodius tibi putas, argenti pretium, quantum digna est.

3. Cui respondit Naboth: Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.

4. Venit ergo Achab in domum suam indignans, et frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Jezrahelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et, projiciens se in lectulum suum, avertit faciem suam ad parietem, et non comedit panem.

5. Ingressa est autem ad eum Jezabel uxor sua, dixitque ei: Quid est hoc unde anima tua contristata est? et quare non comedis panem?

6. Qui respondit ei: Locutus sum Naboth Jezrahelitæ, et dixi ei: Da mihi vineam tuam, accepta pecuniâ; aut, si tibi placet, dabo tibi vineam meliorem pro eà; et ille ait: Non dabo tibi vineam meam.

7. Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus: Grandis auctoritatis es, et benè regis regnum Israel! Surge, et comede panem, et æquo animo esto; ego dabo tibi vineam Naboth Jezrahelitæ.

8. Scripsit itaque litteras ex nomine Achab, et signavit eas annulo ejus, et misit ad majores natu et optimates qui erant in civitate ejus et habitabant cum Naboth,

maximè probable, illum à quo Achab hoc durum accepit vaticinium, fuisse Michæam, illum videlicet qui unus supererat è multis, quemque ideò remansisse noverat Achab, quia sciebat illum è vinculis evolare non potuisse. Quod putat Josephus lib. 8 Antiquit. capite 10, qui dicit in vinculis tunc esse Michæam, quando de repetendâ Ramoth Galaad suscepta fuit deliberatio non aliam ob causam, nisi quia injucunda nuntiabat.

## CHAPITRE XXI.

1. Après ces événements, dans le même temps, Naboth de Jezraël avait à lui, dans Jezraël même, une vigne près du palais d'Achab, roi de Samarie.

2. Et Achab lui dit: Donnez-moi votre vigne, afin que je puisse faire un jardin potager, parce qu'elle est proche de ma maison; et je vous en donnerai une meilleure pour celle-là, ou, si cela vous accomode mieux, je vous la paierai, en argent, le prix qu'elle vaut.

3. Naboth lui répondit: Dieu me garde de vous donner l'héritage de mes pères.

4. Achab revint donc chez lui, tout en colère et plein de fureur à cause de cette parole de Naboth de Jezraël, qui lui avait dit: Je ne vous donnerai point l'héritage de mes pères; et, se jetant sur son lit, il se tourna du côté de la muraille, et ne mangea point.

5. Jézabel, sa femme, étant venue le trouver, lui dit: Qu'est-ce donc que cela? d'où vous vient cette tristesse, et pourquoi ne mangez-vous point?

6. Il lui répondit: J'ai parlé à Naboth de Jezraël, et je lui ai dit: Donnez-moi votre vigne, et je vous en donnerai l'argent, ou, si vous l'aimez mieux, je vous en donnerai une meilleure pour celle-là; et il m'a répondu: Je ne vous donnerai point ma vigne.

7. Jézabel, sa femme, lui dit: Votre autorité est grande, et vous gouvernez bien le royaume d'Israël! Levez-vous, mangez, et ayez l'esprit en repos; je me charge de vous faire avoir la vigne de Naboth de Jezraël.

8. C'est pourquoi elle écrivit des lettres au nom d'Achab, qu'elle cacheta du cachet du roi, et les envoya aux anciens et aux premiers de la ville de Naboth, qui demeuraient avec lui.

9. Litterarum autem hæc erat sententia: Prædicate jejunium, et sedere facite Naboth inter primos populi,

10. Et submitte duos viros filios Belial contra eum, et falsum testimonium dicant: Benedixit Deum et regem. Et educate eum et lapidate, sicque moriatur.

11. Fecerunt ergo cives ejus majores natu et optimates, qui habitabant cum eo in urbe, sicut præceperat eis Jezabel, et sicut scriptum erat in litteris quas miserat ad eos.

12. Prædicaverunt jejunium, et sedere fecerunt Naboth inter primos populi.

13. Et adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum; at illi, scilicet ut viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine: Benedixit Naboth Deum et regem. Quamobrem eduxerunt eum extra civitatem, et lapidibus interfecerunt.

14. Miseruntque ad Jezabel, dicentes: Lapidatus est Naboth, et mortuus est.

15. Factum est autem, cum audisset Jezabel lapidatum Naboth et mortuum, locuta est ad Achab: Surge, et posside vineam Naboth Jezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere et dare eam accepta pecuniâ; non enim vivit Naboth, sed mortuus est.

16. Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, et descendebat in vineam Naboth Jezrahelitæ ut possideret eam.

17. Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens:

18. Surge, et descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria; ecce ad vineam Naboth descendit ut possideat eam:

19. Et loqueris ad eum, dicens: Hæc dicit Dominus: Occidisti, insuper et possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc in quo linxerunt eanes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.

20. Et ait Achab ad Eliam: Num invenisti me inimicum tibi? Qui dixit: Inveni, eò quòd venundatus sis ut faceres malum in conspectu Domini.

9. Ces lettres étaient conçues en ces termes: Publiez un jeûne, et faites asseoir Naboth entre les premiers du peuple,

10. Et gagnez contre lui deux enfants de Bélial, qui rendent un faux témoignage en disant: Naboth a blasphémé contre Dieu et contre le roi. Qu'on le mène hors de la ville; qu'il soit lapidé et mis à mort.

11. Les anciens et les premiers de la ville de Naboth, qui demeuraient avec lui, firent ce que Jézabel leur avait commandé, et ce que portait la lettre qu'elle leur avait envoyée.

12. Ils publièrent un jeûne, et firent asseoir Naboth entre les premiers du peuple.

13. Et, ayant fait venir deux enfants du diable, ils les firent asseoir vis-à-vis de lui; et ces deux enfants du diable portèrent témoignage contre lui devant l'assemblée, en disant: Naboth a blasphémé contre Dieu et le roi. Et, ensuite de ce témoignage, ils le firent mener hors de la ville, et le lapidèrent.

14. Et ils envoyèrent à Jézabel, pour lui dire: Naboth a été lapidé, et il est mort.

15. Jézabel ayant appris que Naboth avait été lapidé et qu'il était mort, vint dire à Achab: Levez-vous, et mettez-vous en possession de la vigne de Naboth de Jezraël, qui n'a pas voulu se rendre à votre désir, ni vous la donner pour le prix qu'elle valait; car Naboth n'est plus en vie, mais il est mort, comme criminel de lèse majesté, et son bien est confisqué à votre profit.

16. Achab, ayant appris la mort de Naboth, alla aussitôt dans la vigne de Naboth de Jezraël pour en prendre possession.

17. Le Seigneur parla donc à Elie de Thesbé, et lui dit:

18. Allez, et descendez au-devant d'Achab, roi d'Israël, qui est dans Samarie; car le voilà qui va dans la vigne de Naboth pour en prendre possession.

19. Et vous lui parlerez en ces termes: Voici ce que dit le Seigneur: Vous avez tué, et de plus vous avez usurpé! Et vous lui direz ensuite: Voici ce que dit le Seigneur: Dans ce même lieu où les chiens ont léché le sang de Naboth, ils lécheront aussi votre sang.

20. Et Achab dit à Elie: En quoi m'avez-vous trouvé votre ennemi pour me faire de telles menaces? Elie lui répondit: Je l'ai trouvé en ce que vous vous êtes vendu pour faire le mal aux yeux du Seigneur. C'est pourquoi écoutez la parole du Seigneur.

21. Ecce ego inducam super te malum, et demetam posteriora tua, et interficiam de Achab mingentem ad parietem, et clausum et ultimum in Israel.

22. Et dabo domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabath, et sicut domum Baasa filii Ahia, quia egisti ut me ad iracundiam provocares, et peccare fecisti Israel.

23. Sed et de Jezabel locutus est Dominus, dicens: Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel.

24. Si mortuus fuerit Achab in civitate, comedent eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli.

25. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est ut faceret malum in conspectu Domini; concitavit enim eum Jezabel uxor sua.

26. Et abominabilis factus est, in tantum ut sequeretur idola quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel.

27. Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, et operuit cilicio carnem suam, jejunavitque et dormivit in sacco, et ambulavit demisso capite.

28. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens:

29. Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus ejus, sed in diebus filii sui inferam domum ejus.

VERS. 1. — POST VERBA AUTEM HÆC TEMPORE ILLO VINEA ERAT NABOTH ISRAELITÆ. Eodem tempore, quo jam erat Achab bello perfunctus, et hoste subacto ac supplice, securus et otiosus, adjecit animum ad ornandam domum, et ad comparandas undecumque delicias, tum ad belli subsidia, tum etiam ad pacis ornamenta, ut habes cap. 22, v. 59. Cum ergo propè domum regiam in Jezraele vineam quamdam haberet Naboth Jezraelita, illam sibi voluit homo deliciosus adjungere, ut è vineâ hortum faceret, non tam ad domesticos usus, quàm ad inertis et otiosi animi voluptates. Vineâ enim

21. Je vais faire fondre les maux sur vous; je vous retrancherai, vous et votre postérité, de dessus la terre; et je tuerai de la maison d'Achab jusqu'aux plus petits enfants et aux animaux, et depuis le premier jusqu'au dernier dans Israël.

22. Je rendrai votre maison comme la maison de Jéroboam, fils de Nabath, et comme la maison de Baasa, fils d'Ahia, parce que vos actions ont irrité ma colère, et que vous avez fait pécher Israël.

23. Le Seigneur a prononcé aussi cet arrêt contre Jézabel: Les chiens mangeront Jézabel dans le champ de Jezrahel.

24. Si Achab meurt dans la ville, il sera mangé par les chiens, et s'il meurt dans les champs, il sera mangé par les oiseaux du ciel.

25. Achab n'eut donc point son semblable en méchanceté, comme ayant été vendu pour faire le mal aux yeux du Seigneur; car il y fut excité encore par Jézabel, sa femme.

26. Et il devint tellement abominable qu'il suivait les idoles des Amorrhéens, que le Seigneur avait exterminés de devant la face des enfants d'Israël.

27. Achab ayant entendu ces paroles, déchira ses vêtements, couvrit sa chair d'un cilice, jeûna, et dormit avec le sac, et marcha ayant la tête baissée.

28. Alors le Seigneur adressa sa parole à Elie de Thesbé, et lui dit:

29. N'avez-vous pas vu Achab humilié devant moi? Puis donc qu'il s'est humilié à cause de moi, je ne ferai point tomber sur lui, pendant qu'il vivra, les maux dont je l'ai menacé; mais sous le règne de son fils, j'en accablerai sa maison.

## COMMENTARIUM.

maximâ anni parte aridi ligni instar habet, et licet vitam habeat intra terram et corticem latentem, speciem tamen præ se fert mortuæ, et nullam animo voluptatem affert. Hanc itaque vineam sive ex vitibus consitam, sive ex arboribus, quæ non semper virorem venustatemque conservant (nam vinea, ut diximus in nostris Commentariis super Cantica, latius apud Hebræos quàm apud Latinos patet) hanc, inquam, vineam in hortum olerum convertere studebat Achab; quod licet aliquid afferat utilitatis cultori suo, plus tamen parit domino voluptatis. Ubi vulgatus, hortum olerum, He-

braicè est *legan iarak*; *par* autem licet herba sit ad esum opportuna, aliquid tamen significat odoriferum ac viride, quod sic arridet palato, ut etiam pascat oculos. Vatablus hæc voce significari putat virentes atque odoriferas herbas. (1)

VERS. 5. — PROPITIUS SIT MIHI DOMINUS, NE DEM HÆREDITATEM PATRUM MEORUM TIBI (2). Quia

(1) VERS. 2. — FACIAM MIHI HORTUM OLERUM. Hebræus ad litteram: *Mihi erit in hortum virentium*, vel in hortum herbarum, sive olerum, sive aliarum herbarum. Porro de hortis aliud est Orientalium quàm apud nostros, ingenium. Syri præsertim deliciarum loco habent hortos, ubi cucumeres, pepones, cucurbitæ, capæ, aliaque id generis olera proveniant; vix autem illis persuaderi potest, quæ sit apud nos voluptas in deambulationibus per longa illa ambulacra, nullo alio bono, quàm ut cicamur. Ex his omnibus intelligimus, reges Israelis, quanquàm plenâ et absolutâ auctoritate utebantur in suos, nunquàm tamen sibi arrogasse, ut pro imperio illorum agros et hæreditates usurparent: illud autem, quod Samuel exposuerat Hebræis tanquàm *ius regium*, futurum scilicet, ut reges auferrent sibi agros et vineas privatorum, non de legitimo imperio intelligendum esse, sed de jure arrogato et usurpato, uti Estio visum est. (Calmet.)

Tropologicè, vinea est anima, quæ est tota hæreditas nostra; quare cave ne eam vili pretio voluptatis vel honoris vendas diabolo, morti et gehennæ. Unde S. Ambr. Exhort. ad virgines per vineam accipit virginitatem, per Jezabel concupiscentiam, per Naboth Christum: *Vineâ, inquit, quidam fructus virginialis est; conjugia velut olerum plantaria sunt, in quibus frequens zelus est; et ideò olera herbarum citò cadunt atque marcescunt, nisi finem imponat senectus, aut ad perfectum vehat continentia. Non veniat ergo in vos Achab, qui concupiscat vineam vestram delere et extinguere: nec veniat in vos Jezabel, vanum illud et seculare profluvium; hoc enim significatur vocabulo *vana et vacua redundantia*, sed veniat Naboth, qui venit à Patre, sicut indicat nomen ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, et pro eâ mortem offerat. Hic est qui lapidatus pro nobis est, pro nobis mortuus, pro nobis falsis appetitus testimonis.*

Notat S. Ambr., cap. 3. regis avari impudentiam: *Hæc erat igitur, inquit, omnis insania, hic omnis furor, ut spatium vilibus oleribus quæreretur. Non tam ergo ipsi cupidus quasi utile possidere, sed alios vultis excludere. Major vobis cura de pauperum spoliis, quàm de vestris emolumentis. Injuriam vestram putatis, si quid pauper habeat, quod dignum possessione divitis æstimetur. Damnum vestrum creditis, quidquid alienum est.* (Corn. à Lap.)

(2) Un ancien auteur, Origène, expliquant d'une manière spirituelle ce même endroit, et nous représentant Achab comme la figure de l'impie et du chef de tous les impies, qui est le démon, et Naboth comme la figure des justes, dit que Naboth répondit alors véritablement comme un homme juste, lorsqu'il ne put

rex idololatra avitam religionem abjuraverat, quid divinis cautum esset legibus nihil habebat pensi. Longè aliter Naboth, homo patriæ religionis amator et tenax, nihil admittere voluit contra legem, etiamsi ideò propositum sibi sciret capitis periculum. Atque ideò interpositâ jurisjurandi religione omnem sibi alienandi fundi facultatem præcidit. Est autem apud Hebræos hæc jurandi forma non inusitata, ut etiam libro primo Reg. cap. 24, vers. 7: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem*. Cujus est sensus: Iratum mihi precor Deum, si paternam à meâ familiâ hæreditatem distraxero, eamque ad alienos abire permisero; seu, quod idem est: Propitius sit mihi Deus, si non tradidero tibi hæreditatem acceptam à parentibus; et contra infensus, si tibi sub quâcumque conditione concessero. Aut certè, si hic nulla intercedit jurisjurandi necessitas, sensus erit: Opto precorque Deum, ne tam mihi sit infensus, ut tantum à me scelus patrari permittat. Aut hanc à me impietatem Deus avertat, ut de vineâ ad alienum dominum transferenda cogitem. Ratio verò cur Naboth tantoperè alienare paternam hæreditatem perhorrescat, ex divinæ legis amore atque observantiâ nascitur. Cautum erat lege ne venderentur hæreditates, sed semper remanerent apud dominos primos. Quòd si propter paupertatem id aliquando fieri necessarium videretur, id tamen sic erat à lege permissum, ut

point souffrir que l'on détruisit la vigne de ses pères, qui nous marquait et la justice, et la sagesse, et la vérité, pour y planter les légumes du roi Achab, c'est-à-dire, l'iniquité et l'erreur représentées dans l'Écriture par ces herbes qui verdissent promptement, mais qui se séchent encore plus promptement. Il ajoute que nous autres, qui croyons en Jésus-Christ, nous avons aussi une vigne plantée par la main de Dieu, que nous sommes obligés de garder avec un grand soin, de peur que l'impie Achab, l'ennemi de notre vigne, ne nous trouble dans la possession de la vraie sagesse, et que par les artifices de Jezabel, c'est-à-dire, d'une sagesse et d'une science charnelles, il ne détruise à la fin en nous cette vigne qui est l'intelligence de la vérité, et encore plus la piété. Aussi il semble que saint Augustin a envisagé Naboth comme la figure de ceux qui sont attachés très-saintement à la tradition des saints Pères, et il dit que, de même que cet innocent accablé par l'imposture se doit élever un jour contre Achab, le Catholique s'élèvera aussi contre l'hérétique, qui l'a accablé, pendant qu'il vivait, par la violence de son impiété pleine de fureur. *Stabit Nabothæus adversus Achab: sic stabit Catholicus adversus hæreticum, qui abstulit labores ejus, quando furores prævalebant impiorum.* (Sacy.)

Jubilæi tempore ad veteres primosque possessores revertentur, Levit. capite vigesimo quinto. Cùm autem tunc nullâ Naboth necessitate premeretur, nullo modo paternam hæreditatem poterat ad alienum possessorem venditione transferre. Levit. capite vigesimo quinto, versiculo vigesimo tertio: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, et vos advente, et coloni mei estis. Unde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, etc., et non invenerit manus ejus, ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat, usque ad annum Jubilæi. At quomodò Naboth, aut ejus posterius vendicare sibi possent alienatum fundum, cùm ille jam in regiam potestatem venisset? An rex à se abire pateret hæreditatem, quam cum hortis suis in unum corpus, imò cum domo suâ regiâ tanto studio et aviditate conjunxerat? Quare cùm legis divinæ rationem habet Naboth, et ab illâ recedere non vult, nihil curat regis stomachum, quem commotum iri graviter timere poterat, nihil minas, nihil mortem, quam levioribus de causis reges subditis sibi hominibus infligunt. Qui quominus regio sive imperio obsequatur, sive precibus, non obtendit sibi perire proventum magnum ex ubere atque spatiosâ vineâ, non alia commoda, quæ fortassè neque pauca fuerant, neque vulgaria, sed tantum quòd à parentibus prædium illud acceperat, neque fas esse, ut permutatione ac pretio illud à suâ posteritate distraheret, cùm staret contra lex antiqua, quæ nullo modo violari debet.*

Ponderavit hoc optimè Ambrosius lib. 3. Offic. cap. 9: *Quid, inquit, sancto Nabuthæ, quæ fuit causa mortis, nisi honestatis contemplatio? Nam cùm ab eo vineam rex posceret, pecuniam daturum se pollicens, indecorum pretium pro paternâ recusavit hæreditate, maluitque morte declinare hujusmodi turpitudinem. Non mihi, inquit, fiat à Domino, ut dem tibi hæreditatem patrum meorum. Hoc est, tantum mihi opprobrium non fiat; non permitat Deus tantum extorqueri flagitium. Non utique de vitibus dicit (neque enim de vitibus cura est Deo, neque de terreno spatio), sed de jure loquitur patrum. Potuit utique et aliam vineam de vineis regis accipere, et in amicis esse, in quo non medioeris hujus seculi utilitas existimari solet, sed quod turpe erat judicavit non videri utile, maluitque periculum cum honestate, quàm utilitatem cum opprobrio.*

VERS. 4. — VENIT ERGO ACHAB IN DOMUM SUAM, INDIGNANS ET FRENDENS. Qui ambitiosus est et avarus, vix fieri potest, ut à dolore sit vacuus, quia etiam vix fieri potest, ut id ad quòd toto anhelat spiritu consequatur. Duas habuit rex superbus, et honorum appetens, causas, cur frenderet, et totus dolens effervesceret in iram, et quòd repulsam tulerat ab homine paupere, quod non putabat, etiamsi aliquid contra pietatem et legem ambiret; et quòd alienum fundum, quem sibi ad animi laxationem putabat opportunum, consecutus non esset; atque idèd rediit domum doloris impatiens, non magis in Naboth quàm in seipsum infensus. Et quasi æger esset, non solum animo, sed etiam corpore, projecit se in lectum, et quia hominum congressum horrebat, quod accidit plerumque, cùm quis vehementi premitur angore, convertit se ad parietem, quasi lucis fugitans et humani consortii; neque cibum sumpsit, neque admisit ullam aut animi quietem, aut laborantis spiritus levamentum. Fecit idem, quod Achab, Ezechias, sed spiritu longe meliori, et in causâ dissimili. Hominum enim declinavit conspectum et alloquium, ut cum Deo liberius commodiusque loqueretur. Isai. cap. 38, v. 2: *Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, et oravit ad Dominum.*

Mirus est Ambrosius in explicandâ potentiorum ac divitum miserandâ fortunâ, quod idem de ambitiosis dicendum, qui quòd plura consecuti sunt, plura appetunt, eaque vehementius. De divitibus ita Ambrosius, lib. de Nabuthæ cap. 2, cujus hic verba referre non gravabor, quia mirè explicant quàm sit locupletum neque amanda, neque approbanda conditio. *O dives, inquit, nescis quàm pauper sis, quàm inops tibi ipsi videaris, qui te divitem dicis? Quantò plus habueris, plus requiris, et quanquam acquisieris, tamen tibi adhuc indiges. Inflammatur lucro avaritia, non restinguitur. Quasi gradus quosdam cupiditas habet; quòd plures ascenderit, eò ad altiora festinat, unde sit gravior ruina lapsuro. Tolerabilis tamen iste, cùm minus haberet, censûs contemplatione mediocria requirebat: accessioni patrimonii accessit cupiditatis augmentum. Non vult esse degener votis pauper in desideris. Ita duo intolerabilia simul jungit, ut ambitiosam spem divitiis augeat, et non deponat mendicitatis affectum. Rex Achab in Israel erat, et pauper Naboth. Ille regni opibus affluebat, iste angusti soli cespitem possidebat. Nihil pauper*

de divitis possessionibus concupivit, rex sibi egere visus est, quia vineam habebat pauper vicinus. Quis igitur tibi pauper esse videtur, qui contentus est suo, an qui concupiscit alienum? Deinde amplificat illam vocem Achab: *Da mihi vineam tuam.* Quæ alia, inquit, vox egentis est? Quæ alia vox stipem publicè postulantis, nisi, da mihi, hoc est, da mihi, quia ego; da mihi, quia aliud vendi subsidium habere non possum; da mihi, quia non est mihi panis ad victum, nummus ad potum, sumptus ad alimentum, ad indumentum substantia. Da mihi, quia tibi Dominus dedit, unde largiri debeas, mihi non dedit. Da mihi, quia scriptum est: *Date eleemosynam.* Hæc Ambrosius.

Idem quod divites patiuntur etiam ambitiosi, quorum animos nihil satiat, et quòd majora consecuti sunt honorum auctoramenta, eò altiora desiderant, neque ullus est ambitionis finis, nullus modus. In quam sententiam optimè Seneca lib. 2 de Beneficiis cap. 27, qui cùm de divitiarum cupiditate dixisset ea fermè, quæ proximè Ambrosius, conclusit: *Majora cupimus, quòd majora venerunt, multòque concitator est avaritia in magnarum opum congestu collocata, ut flamma infinito acrior est, quòd ex majori incendio emicuit. Æquè ambitio non patitur quemquam in eâ mensurâ honorum conquiescere quæ quondam ejus fuit impudens votum. Nemo agit de tribu natu gratias, sed queritur quòd non est ad præturam usque perductus. Nec hæc grata est, si deest consulatus. Nec hic quidem satiat, si unus est: ultra se cupiditas porrigit, et suam felicitatem non intelligit, quia non unde venerit, respicit, sed quòd tendat.* Et iterum idem Epist. 74: *Adjice quòd nemo eorum, qui in republicâ versantur, quos vincat, sed à quibus aspicit, et illis non tam jucundum est multos post se videre, quàm grave aliquem ante se. Habet hoc vitium ambitio, item et cupiditas, ut à fine semper incipiat.*

Ubi Vulgatus: *Avertit faciem suam ad parietem, Septuaginta legunt, velavit faciem suam. Utrumque signum est doloris et pudoris, ejus vim, quia is, qui patitur, ferre non potest, faciem velare solet, quæ maximè à pudore patitur, et ubi se maximè prodit pudor. Quòd autem in dolore aut dedecore obnubatur caput, et veletur facies, docuimus pluribus ad illud Thren. cap. 2, v. 43: *Operuisti in furore, et percussisti nos; et ad illud Ezechielis cap.**

12, v. 12: *Faciem tuam velabis, et non videbis terram.* (1)

VERS. 7. — DIXIT ERGO AD EUM JEZABEL UXOR EJUS: GRANDIS AUCTORITATIS ES, ET BENE REGIS REGNUM ISRAEL (2)! Postquàm Jezabel causam didicit, cur sic mœreret ac fureret Achab, quasi spiritus muliebres potiùs aleret quàm viriles et regios, ad illum cum fastidio locuta est, et sub amaro risu, significans abesse longè ab eâ auctoritate quam in administrando regno reges habere solent. Quare hortatur ut cibum sumat, et meliori sit animo: se enim curaturam ut

(1) NON COMEDIT PANEM. Audi S. Ambrosium, cap. 5: *Non comedit panem suum, quoniam quærebat alienum; etenim divites magis alienum panem quàm suum manducant, qui raptum vivunt, et rapinis sumptum exercent suum. Aut certè non manducavit panem suum, volens se morte mulctare, quòd ei aliquid negaretur.* Et eleganter cap. 6: *Ditem, inquit, dicunt gentiles inferorum præulem, arbitrum mortis. Ditem appellant et divitem, quòd nisi mortem dives inferre non noverit, cui regnum de mortuis, cui sedes inferi sint. Quid est enim dives, nisi quidam inexplebilis gurgis divitiarum, inexplebilis auri fames? Quò plus hauserit, plus inardescit.* Et nonnullis interjectis: *Dulcis enim somnus servi, etsi modicum vel multum edat; at satiatio divitiis non est qui eum sinat dormire; excitat eum cupiditas, exagitat cura pervigil aliena rapiendi; torquet invidia, mora vexat, sterilitas proventuum infœcunda perturbat, sollicitat abundantia.* (Corn. a Lap.)

(2) JEZABEL, SA FEMME, LUI DIT: *Votre autorité est grande, à ce que je vois! Levez-vous, mangez, et ayez l'esprit en repos: c'est moi qui vous donnerai la vigne de Naboth.* *N'écoutez pas, s'écrie saint Ambroise, cette Jezabel, cette vaine et cruelle ambition, qui nous dit à tous moments comme à Achab: Vous êtes triste, parce que vous vous amusez à considérer toutes les mesures de la justice, pour ne pas prendre ce qui appartient aux autres. Pour moi, j'ai mes droits particuliers et j'ai mes lois. J'usurai de calomnies pour dépouiller l'innocent. J'ôterai la vie au pauvre pour lui enlever son bien. Car quelle autre chose, continue le même saint, nous est représentée dans cette histoire, sinon l'avarice cruelle des riches, qui, comme une espèce de débordement de cupidité et de vanité, emporte tout avec elle? C'est là cette Jezabel qui se multiplie et qui se diversifie en tant de manières différentes; qui n'a pas été seulement en un temps particulier, mais qui subsiste dans tous les temps, et qui dit à tous les hommes, comme celle qui la figurait dit à Achab: Ayez l'esprit en repos, je vous donnerai la vigne de Naboth. Hæc est Jezabel illa, non una, sed multiplex, non unius temporis, sed temporum plurimorum. Hæc omnibus dicit, sicut illa dixit viro suo Achab: Tu tristis es, quia vis mensuram considerare justitiae, ut alium non rapias. Ego habeo mea jura, meas leges. Calumniabor, ut spoliem; et ut possessio pauperi eripiat. vitâ pulsabitur.* (Sacy.)